Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

iusti iubente occidi. Quos iudex ut vidit xanos
iussit decollari cum illis. Sic omnes septem pariter sunt de
collati. et tulerunt nocte corpora populi xanorum nea
politani. Januarium posuerunt iuxta civitatem in basi
lica mesanatos. Sossium eque in basilica puteolana.
Proculum et Eutiam et Acacium iuxta basilicam sancti
Stephani. Festum et Desiderium beneventani colle
gerunt. In palestina sanctorum episcoporum Pelei et Nili. qui
persecutione diocletiani cum plurimis clericis pro xpo igne
consumpti sunt. Apud nuceriam sanctorum felicis et con
stancie qui sub Nerone passi sunt. Lingonis Sigo
nis pueri et florencii episcopi et martyris. Et nat. s. Eustochy.

D AB In cizico nat. fauste virginis et Evilasy sub maxi 263
miano imperatore. quam idem evilasius cum esset primus
palacy iussit decalvari et radi ad turpitudinem.
deinde suspendi ac torqueri. Quo tempore coruscatio
de celis multos ministrorum percussit. Deinde iussit lo
culos afferre et eam immissam ac fixam cum ligno secari
mediam. Sed non eam ledere carnifices serris valebant.
Inter quos stupens evilasius xpo credere cepit. Et hoc
ubi imperatori nunciatum est. misit prefectum qui eum suspen
sum fortius torqueret. Qui eciam iussit faustam nudam
et sine maforte flagellatam in carcerari et eius caput
terebrari ac clavos infigi. cum post modum non solum
caput et facies. sed et pectus et totum corpus usque ad
tybias clavis impletum est. Post hec sartaginem ius
sit igniri. sed hec illa prevalente refrigiavit. Inter hec
veniens vox de celo vocavit eos. et sic tradiderunt
spiritum. Erat fausta annorum xiii et Evilasius lxxx.
Et vig. s. Mathei apostoli.

E Mathei Nat. s. Mathei apostoli et evangeliste qui primus in iudea ewangelium 268
ex hebreo sermone conscripsit. post vero apud ethiopiam
predicavit. multos ad fidem convertens. missus quoque est
speculator ab hyrtaco rege. qui eum feriebat gladio